




*Amor für Gott*

Ee, 4

K. 2.



AD  
ILLVSTREM  
EXCELLENTISSIMVM, EXPERIENTISSIMVMQVE  
VIRVM

FRIDERICVM HOFFMANNVM,

CONSILARIUM AVLICVM ET ARCHIATRVM REGIVM,  
MEDICAE ARTIS PROFESSOREM IN ACADEMIA FRIDE-  
RICIANA PRIMARIVM,

PRAEMATVRVM OBITVM FILII OPTIMI, INGE-  
NIOQVE, DOCTRINA ET VIRTVTIBVS PRAESTAN-  
TISSIMI,

LUGENTEM,

EPISTOLA CONSOLATORIA

SCRIPTA

IOAN. FRANCISCO BVDDEO,

THEOL. D. ET P. P. O.

---

JENAE, LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.



EXCELSITISSIMUM EXPERIMENTUM CINERIS

## VIR ILLVSTRIS, ERIDER

COROLLARIAM VARSI ET ACHILLES REGIA  
MUDICAE ADTUS AGND CEREBRÆ ACEDIMIÆ TIDE  
SOLARIS HUMANIÆ

PARVAM TATYANAM MYTRO MUNICIPALIA  
NOON DOCUMENTA VIBRANTIA PROBABILIA  
TITRIS



Vam instabiles & fluxae sint res humanae, experientia equidem quotidie omnes condocet; tum tamen maxime hoc intelligimus, cum funestis castis aut nos ipsos, aut amicos nostros attingunt. Praesertim vero animus ad attentionem erigitur & excitatur, cum vna calamitas alteram comitatur, (quod haud raro, sapienter ita cuncta dispensante Numinne, contingit) & concatenata velut quaedam malorum nos circumcidet series. Nec enim profecto, haec ita fortuito euenire, existimandum est; quin potius prouidam Numinis, res omnes mortalium benigne gubernantis, luculenter hinc agnoscere licet, curam. Tametsi enim, quae aliis accident, mala, nos quoque erudire queant; acrioribus tamen stimulis nos concitant, quae nosmet ipsos, aut amicos nostros adfigunt. Sed & repetita percussio altius in annum descendit, longiusque duraturum post se relinquit vulnus. Lugens, moestusque, animoque

moque valde conturbato, haec scribo, **VIR ILLVSTRIS**, cum,  
quae **TE** hoc vsque exceperunt fata, non magis **TE**, quam  
me ipsum adficiant. Filium natu maximum pertinax inuasit  
morbis; quem tamen nunc tandem sanitati restitutum, laetor  
valde, **TIBI QVE** congratulor. Mox & **TIBI** ipsi cum aduersa  
valetudine, doloribusque exquisitis, conflictandum fuit. Vix  
**TIBI** redditus eras, cum filii iunioris morbus, morsque  
praematura, vulnus longe maximum acerbissimumque infligeret.  
Atque hoc quidem **eo** magis ad me quoque spectat, quod non  
tantum amicitia, quae mihi iam per annos plurimos **TE CVM**  
intercedit, arctissima, in eorum omnium, quae **TIBI** eueniunt,  
societatem perducat; sed ipsum huncce filium **TVVM**, maximae  
spei iuuenum, in amicitiae nostrae pignus, ex sacro suscepimus  
fonte. Ex meo itaque **TVVM** rite aestimare licet dolorem. Fi-  
lium amisisti; quo ipso nomine parentibus nihil suauius est, nihil  
dulcius. Filium amisisti, quod iam grauius quid est, in opti-  
mo aetatis flore. Cum liberorum aetate amor parentum cre-  
scere solet, eoque magis augeri, quo proprius a fine, quem in  
sollicita illorum educatione sibi constitutum habent, absunt.  
Immo, quod maximum grauissimumque est, bonae indolis,  
perspectaeque virtutis, amisisti filium, qui curarum **TVARVM** at-  
que laborum fructus non e longinquuo ostendebat, aut incerta  
spe pollicebatur, sed iam quodammodo repraesentabat. Acerba  
haec esse, & longe luctuosissima, quis neget? Quin ita com-  
parata sunt, ut animum, quantumuis fortem atque strenuum,  
frangere atque prosternere possint. At vero, si recte attenda-  
mus, & cuncta consideremus paullo adcuratius, illud ipsum,  
quod maximum dolorem creat, praestantissimum simul exhibet  
solatium; ex ipso vulnere, qua parte infanabile praecipue videtur,  
exsurgit, quod vulnus optime omnium sanare queat. Qui im-  
morteros, & perdita profigataeque vitae filios amittunt, non  
magnas se conquerendi putant habere caussas, quod facile iis  
careaunt, qui familiae dedecori sunt, non ornamento, paren-  
tumque non recreant, sed excruciant, animos. At maximas  
se habere intelligere possent, si cogitare vellent, cum huius, ae-  
ternae

ternae simul vitae iacturam eiusmodi homines facere. Qui contra filii orbantur, de quorum aeterna dubitare nequeunt salute, quid tandem est, cur angantur, doleant, flearint? Filium amissi optimae indolis, praeclaris virtutibus praeditum, immo talem, qui non verbis, sed re ipsa, moribusque, se christianum demonstrabat. Noli contristari. Non amissus est filius tuus, sed in patriam receptus, & in tuto collocatus, omnia, quae mortales tantopere agitant, & quiescere non sinunt, calamitates, turbas, pericula, & quidquid malorum cogitari potest, securè despicit. Dolor, fateor, & meum initio percellebat animum, cum in litteris tuis legerem, quam atrox filium tuum corripuit set morbus, quam nihil in eo depellendo cura, industria, vigilancia, & quidquid in medendi arte praestantissimum est, profecisset; quam tristis denique & funestus fuisset exitus. Cum vero porro ex iisdem litteris tuis acciperem, quam egregie iuuenis hicce animum aduersus mortis terrorem præmuniuitset, quanta fide, quam intrepide, quam placide, beatum ex hac vita exitum, de summa, quae in caelestium sedibus eum manebat, felicitate certus, expeditasset; iam resumebam animum, TEQUE inter medios dolores, & lacrimas, quas amor paternus exprimit, felicem atque beatum praedicabam. Qui igitur tristitia TE adfecit, doloreque perfudit, filius, idem etiam nunc solatur; nec tam mortuus est, quam mortis periculo exemptus; ex morte potius, quo nomine rectius haec vita designatur, in vitam translatus, deponere squalorem, luctuque pone-re finem ac modum, iubet, ne summam, qua triumphat, inuidere ei videamus felicitatem. Ego vero Deum insuper immortalem ac benignissimum precor, vt, qui inflxit vulnus, ipsem et quoque hocce sanet, tristibusque & funestis procul remotis, TE & in academiae vestrae, & totius orbis litterati decus maximum, plurimorumque hominum, qui ad vitam prolongandam, sanitatemque recuperandam, ope tua indigent, salutem, saluum quam diutissime incolumemque rebus mortalium interesse iubeat. Vale, O VIR ILUVSTRIS, & quod facis, mihi porro faue.  
xi. Scribebam Ienae d. x. Iulii M DCC XXII.

Ua 933<sup>a</sup>  
I. 4°





AD  
ILLVSTREM  
CELLENTISSIMVM, EXPERIENTISSIMVMQVE  
VIRVM

HOFFMANNVM,  
ET ARCHIATRV M REGIVM,  
REM IN ACADEMIA FRIDE-  
PRIMARIVM,

I FILII OPTIMI, INGE-  
VIRTVTIBVS PRAESTAN-  
SIMI,

ENTEM,  
ONSOLATORIA

ISCO BVDDEO,  
ET P. P. O.

HICKELSCHERRIANIS.

